ac præſenti Diſcrimine exerretur, vbi ſemel ab hac AMVSSI *diſceſſum eſt.*

Et ne excidere olim Immortalis facti memoria poſſet. Euocatus eſt vltro communibus omnium Votis, atque Suſpirijs in Hanc Mortalitatis Arenam, cum SCEPTRO & CORONA *tanquam* CIRCINO & REGVLA, FERDINANDVS IV. *Sapientiſſimi Patris, ſimillimus Filius, qui cœptum deſcriptúmque ab* AVGVSTISSIMO PARENTE, PACIS & FELICITATIS ORBEM, *Paternis Artibus, Studijs, Exemplis*

PRO DEO ET POPVLO

tueretur, atque defenderet.

Sic ſemper fuerunt, ſic erunt etiam deinceps DIVINITATIS CONSILIA, *nunquam ſe longè ſubducentis, quamdiu ad* HANC AMVSSIM *conſiſtitur, quamdiu* PIETATE & IVSTITIA *Sceptrorum Apices faſtigiantur.*

Sic expletur veteris æui placitum, tunc demum felicē fore Rempublicā, ſi aut REGNARENT PHILOSOPHI, *aut* REGES PHILOSOPHARENTVR;

Sic exprimitur grande illud MAGNI REGNATORIS *Prototypon, quem Sapientiſſimus Philoſophorum breuiùs, explicatiúsque deſcribere non potuit, quàm vt ſemper diceret:*